UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XLI. de Missarum celebratione, & Sacramento Evcharistiæ, & divinis officiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

5. *Quid ſi diruta fuerit Eccleſia, vel Altaria?*

Quod ſi parietes Eccleſiæ integri permanſerint, vel Altaria non fuerint mota aut enormiter læſa, nec Eccleſia, nec Altaria denuo conſecrari debent: ergo a contrario ſenſu, Eccleſiis omnino dirutis, & Altaribus ſolo adæquatis ac vehementer læſis, tum iterum conſecranda erunt. In quo differt jus Canonicum a jure Civili: nam hoc jure locus, in quo ædes ſacræ fuerunt ædificatæ, etiam diruto ædificio ſacer manet. *c. Ligneis 6. hoc tit.* *§. Sacræ res 8. Inſt. de rer. diviſ.*

De miſſarum celebratione, & Sacramento Euchariſtiæ, & divinis officiis.

TIT. XLI.

Res Eccleſiaſticæ, Clericorum, Regularium & Laicorum communes, ſunt Sacramenta Eccleſiæ, inter quæ primum locum obtinet Sacramentum Euchariſtiæ, quod in celebratione Miſſarum conficitur.

1. *Miſſa quid nominis, & quid rei?*

Miſſa amittendo ſive dimittendo nomen habet, quod & verba, quæ Diaconus proferre ſolebat, inſinuare videntur, ſive in

Iſid. 6. O-rig. cap. 39.

Miſſa Catechumenorum (duas enim co-
ſtituunt partes Miſſæ) qui ante im-
ationem ſacrificii e cœtu fidelium
his verbis dimittebantur. *Si quis non*
municat, det locum. Vel: *Si quis*
techumenus, exeat foras, ſive in Miſſa
lium, qua finita idem Diaconus dicit:
Miſſa eſt, id eſt, miſſio eſt. Neque
quod quis dixerit, eſſe fictum hoc nom
cum a primis Eccleſiæ Catholicæ incu
bulis, atque ab ipſis Apoſtolorum temp
ribus, uſurpatum fuiſſe legamus.

Boet. Epo-Antiqv. Eccleſ. ad Greg. XIII Syntag. 1.

(Miſſa Pontificiorum pugnat cum ſacris
vid. Auguſt. Confeſſ. *art. 24. ibique* Mylius
uerus, Gerhard. *Confeſſ. Cathol. l. 2, part.*
aph. 15. Hulſem. *extenſ. brev. loc, cap.*

2. *Quid Euchariſtia?*

Euchariſtia (Latine *bona gratia*) eſt
Sacramentum, ſub ſpeciebus panis & vi-
ni, vel alterius eorum, continens verum
corpus & ſanguinem Chriſti.

3. *Quæ eſt materia hujus Sacramenti?*

c. ult. h. t. c. 1. & aliis diſt. 2. Con. Trid. ſeſſ. 22. can. 9.

Materia eſt panis triticeus, iſque
mus, non fermentatus, & vinum de
te modice aquæ mixtum: quia utram
hanc materiam Chriſtus in ultima
adhibuiſſe, & in pane azymo conſecra

[l]egitur, non etiam in fermentato, quo [h]odieque Græci utuntur. Mixtioque illa vini cum aqua repræſentat unionem Chriſti cum Eccleſia, vel quod utrumque e latere Chriſti, aqua ſimul cum ſanguine, profluxerit.

d. c. 1. & c. Cum omne 7. diſt. 2. Trid. d. ſeſſ. 22. cap. 7.

(Uſus panis azymi magis conveniens eſt, & Eccleſiæ conſuetudine, aqua non temere recedendum, receptus. vid. Johann. Gerhard. Confeſſ. Cathol. *l. 2. part. 2. art. 14. c. 4.* Mixtio aquæ cum vino in ſacræ cœnæ adminiſtratione neceſſaria non eſt, eo fine, ut unio fidelium cum Chriſto repræſentetur, vel quod utrumque e latere Chriſti, aqua ſcil. ſimul cum ſanguine, profluxerit, vid. Joh. Gerhard. *d. l. c. 5.*

4. *Quæ forma, & quis Miniſter?*

Miniſter hujus Sacramenti eſt ſolus Sacerdos rite ordinatus, qui, dum conſecrat & conficit hoc Sacramentum, utitur hac forma a Chriſto tradita. *Hoc eſt Corpus meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis mei, vel? Hic eſt ſanguis meus.* Qua prolata fit converſio totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguis: quæ converſio dicitur recepto in Eccleſia vocabulo *Transſubſtantiatio.*

Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22.

Cov. Trid. ſeſſ. 13. c. 4.

(Transſubſtantiatio non convenit ſacris literis & verbis, quibus ſacra cœna eſt inſtituta. Vid.

 My-